Augsburg, um 1480/1500

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8446
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ter usq; in occidente. ita erit
adventus filij hois. Vbicq;
fuerit corpus: illuc congregabunt
aquile. Statim aut post tribu
lacionem dierum illorum sol obscu
rabit. et luna non dabit lumen
suum et stelle cadent de celo. et vir
tutes celorum commouebuntur. Et
tunc parebit signum filij hois
in celo. et tunc plangent omnes
tribus terre. et videbunt filium
hois venientem in nubibus celi
cum virtute magna et maiestate. et mittet angelos suos cum
tuba et voce magna. et congre
gabunt electos eius a quatuor ve
tis a summis celorum usq; ad ter
minos eorum. Dominica. xx.

Omnia que fecisti nobis domine
in vero iudicio fecisti quia
peccauimus tibi et mandatis tuis non obedimus sed da gloriam
nomini tuo et fac nobiscum secundum multitudinem misericordie tue. Ps. Magnus dominus
et laudabilis nimis in ciuitate dei
nostri in monte sanctus eius. Oratio.

Largire quesumus domine fidelibus
tuis indulgentiam placatus
et pace. ut pariter ab omnibus mundentur offensis. et secura tibi
mente deseruiant. Ad ephesios.

Fratres. Videte quomodo caute
ambuletis. non quasi insipientes sed ut sapientes. redimentes tempus. quoniam dies mali sunt.
Propterea nolite fieri imprudentes:
sed intelligentes que sit volun
tas dei. Et nolite inebriari vino
in quo est luxuria. sed impleamini spiritu sancto loquentes vobis
metipsis in psalmis et ymnis
et canticis spiritualibus cantantes et psallentes in cordibus vestris
domino. Gratias agentes semper pro
omnibus in nomine domini nostri ihesu xpi
deo et patri. Subiecti inuicem in
timore xpi. Gradualia. Oculi omnium in te
sperant domine et tu das illis escam in tempore
opportuno. V. Aperis tu manum tuam
et impleis omne animal benedictione.
Alla. V. Qui habitat in adiutorio altissimi
in protectione dei celi commorabitur in
qui habitat in vrsim. S. matheum.

Iesus. Loquebatur iis in di
scipulis suis in parabolis dicens.
Simile factum est regnum celorum homini
regi: qui fecit nuptias filio suo.
Et misit seruos suos vocare
invitatos ad nuptias. et nolebat venire. Iterum misit alios
seruos dicens. Dicite invitatis.
Ecce prandium meum paraui.
tauri mei et altilia occisa
sunt. et omnia paratum venite ad
nuptias. Illi autem neglexerunt
et abierunt. alius in villam suam.
alius vero ad negotiationem
suam. Reliqui vero tenuerunt
seruos eius. et contumelia af
fectos occiderunt. Rex autem cum
audisset iratus est et missis
exercitibus suis perdidit homi
cidas illos. et ciuitatem illorum
incendit. Tunc ait seruis suis.